

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Correctio y
cum fonte primo

Peccatum unius
quod cognitum non arguitur multos contaminat,
immo omnes qui norunt et non deuitant
aut cum possunt arguere dissimulant.
Non enim sibi uidetur peccare
quando a nullo corripitur uel uitatur.

Ambrosius super epistolam I. ad Corinthios
tractans illud: Modicum fermentum et cetera.

Ita et peccatum unius,
quod cognitum non arguitur, multos contaminat,
immo omnes, qui norunt et non devitant
aut, cum possint arguere, dissimulant.
non enim sibi videtur peccare,
quando a nullo corripitur aut vitatur.

Ambrosiaster, *Commentarius in epistula ad Corinthios prima*, 5.6.2 (CSEL 81.2,
H.I. Volgels ed., p.55, ll.9-13).